



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Petrus Ep. 3. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

verbera atrocissima prorumpit. Sed plena animis verba, quibus mater ad constantiam suos firmabat, plus poterant apud filios, quam verbera tyranni. Interea Hyrtacus homo non jam sceleratus sed scelus, pudicitiae matronali manum afferre attentat. Sed qui pro hac tuenda excubabat Angelus, irruentem ita pugno excepit, ut quantumvis impudentis vultum largo sanguine erubescere tamen faceret. Post hac Praeses matri geminam mortem minatur, dum hanc sub oculis ejus filiiis geminis intentat. Sed illa Spartanæ voce hoc unicum votum suum esse dicebat, bis antè, quam semel mori, & filiorum prius oculos, quam suos claudere; scire se ad hoc filios genuisse, ut essent qui pro patriâ, Cælo, occumberent. Ergo in flammantem fornacem unâ omnes injiciuntur. Et ecce continuo Superi probarunt & ad sese raperunt aurum. *Ex actis S. Anastasia.*

S. P E T R V S E P. 3. Augusti.

EX principum Salernitanorum stirpe ajunt oriundum P E T R V M. Sed ut in nobiliorem etiam familiam transfret D. Benedicti, non dubitavit purpuram cum cucullo mutare. Attulit tamen hic alterant illi purpuram, cum Pont. Anagnia ab Alex. Pont. Max. datus est. Sed nos illud multo pluris facimus, Cælitibus tam familiarem

P E.

PETRVM fuisse. Etenim cum dubitatio suborta esset Agnaniensibus, num D. Magni ossa penes se haberent, eam ex omnium animo delevit ipse Magnus & testis suus ipse verissimus foemina à paralyfi afflictæ (excubare eam PETRVS ad tumbam Divi iusserat) sub noctem conspicuus suam præsentiam Episcopo, simul sanitatem agræ nuntiavit. Idem D. Magnus PETRO oranti visus iter illi Constantinopolim indixit & simul itineris rationem edixit, ut quòd valetudinem Imperatori allaturus, & invicè, quidquid postulasset, esset ablaturus. Itur ergo Constantinopolim ad Michaellem. Sed negat hic se vel Anagniam vel Medicum D. Magnum nosse. Ut igitur noceret, nocte insequenti cum morte luctanti Imp. spectandum se obtulit ipse Magnus & cum Magno VIRGO Maxima, monuitque PETRO crederet, medicinam morbo facturo. Accersitur igitur hic & valetudini restituitur Michael. Rogas, quâ medicinâ? Saluberrimo MARIÆ & Magni nomine. Pretiū operæ porro PETRVS suæ Anagniam hoc retulit, ut sumptus Imp. Michael faceret in ædem maximâ adificandam suffecturos. Sed neq; hæc licet magnifica explere oculos potuit PETRI. Ad cali igitur tēpla abiit, Eodē tendis? per nostra in illa itur. *Ex Ferrar.*

S. DO.